e-codices

quiescunt. At verò in æstate propter nimiam ardoris
insolentiam vix unâ quietis horâ indormiscere
possunt, et tragemata licet holosericea, aut ex
villosa contexta purpura, plumásq; velutis carbones
ignitos, et tam ardentem ignis fomitem sibi necquiquam
adhibuerint. Eo alias tempore flumina ob frigoris
ac humiditatis expurgata salubriora, nitida, ac purissima redduntur. quodq; ad voluptatem non minus, quam utilitatem maximam pertinet, rabida sibi mitigantur, et coniunguntur, sicq; et copiam, et marpacio subueniunt: cibi verò ob eos sunt sapidiores, nam caro putredini minùs obnoxia multis diebus, humida, recens et incolumis asseruatur, non ut cum olfacias ac caro, cerui, vel leporuli ante duas sebondadas quisq; rancida, putrida, vel malè id ab alio olens, vitium contraxerit, vim tamen in æstate breui tempore languida putredine, ac vermiculis fatiscat. At pisces verò per unum hujus diem in vigore suo perdurant, at in hyeme diutius, meliores recentioresq; sunt; aspice lucios, quam cærulei? intuere cyprinos vel gobios, quam vegeti? varios contemplare, quam viuidi suisq; distinctis rotulis pulchri apparent? ob eos denique et salubriores, ac meliores, diutiusq; conseruari posse nemini dubium est, qui non tam ventri, sed ipsis quoq; oculis, quos vel solo aspectu mirificè rapiunt, gratiores sunt. Eheinde quanta est illa utilitas, quæ hoc tempore in oneribus deuehendis præstat, tum enim asseres, ligna, ipsa grandes arbores, truncii, ingentes lapidum moles, aliaq;

License: CC-BY-NC – Zürich, Zentralbibliothek, Ms. D 147, f. 375v – Collection of oratory practice pieces in Latin by novices at the monastery of St. Gall, 1660 (http://www.e-codices.ch/fr/zbz/D0147/375v)